

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plutarchus

Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII

In librum de Ei apud Delphos

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

cus est Odyf. 1. 393. Sunt sequenti pagina multa mendosa. Sed connerare coniecturis lectorem nolo. In mea versione liquet, quid legendum suspicatus sim. Secutus est suos vel codices, vel sensus Turnebus. cui me non oppono, sed libertate mihi concessa ut or. & iudicium eruditorum facio.

553. 26. Interpestius & turbulentus.] ἡ ἀρχὴν ἡ ταραχὴν. Hec substitue, ut affinisissima mendosis, & à sententia alienissimis istis ἀρέτων καὶ ταραχῶν. atque ita legisse Turnebum apparet. & pro ἐνδον λῶ, quod nihil significat, ἐνδον.

554. 1. Mente captam.] ἔμφορα. Turnebus ἐμφορα se in manuscripto libro ait legisse, quod est mente ab alienata. non iubeo quenquam nostram mutare lectionem, quam tantus vir retinendam iudicasset, sed tamen mihi ἐμφορα huic narrationi videtur magis congruere. sequatur quisq; quod volet.

554. 12. Omnia debilitantur.] ὅφ' ἔ, legitur λῶ. Sed haud dubie rectum est, quod expressi.

IN LIBRVM DE EI APVD

Delphos.

554. 30. Nolo tibi dare.] ἔ βέλονται. nō scribo cōmentarios. Sed quando hodie docti in eo sunt, ut quæ ex Græcis poetis Latini transtulerunt, aut saltē similia eorum ipsi luferunt, exhibeant: horum versiculorum paraphrasin de quinto epigrammatū Martialis libro quasi condiendarum annotationum causa, & fastidij superiore libro concepti amolendi gratia, adscripsi.

Odi dolosas munerum, & malas artes.

Imitantur hamos dona: namq; quis nescit

Auidum vorata decipi scarum musca?

Quoties amico diuiti nihil donat,

O Quintiane, liberalis est pauper.

Illud hic propter rudiores annotare libuit, literã ε à Græcis non modo ε ἄιδον fuisse appellatam: sed etiam ε̄, quod non tantum hoc in libro occurret, ut ε̄ aliquoties dicatur litera, sed etiam

apud

apud Eustathium ad initium Iliad. inuenies causam explicatam. quam Nigidio Gelliano positis opponere. 19. 14.

555. 22. Eorum memoriam.] χ τῶν λόγων αὐτῶν. huic loco deest verbum ἀναμνηθεῖς aut aliud simile. infra versu sexto, τὸ φιλοσοφεῖν ἐστίν. potest hac lectio tolerari, sed malletem εἶναι, si libro autore id possem. nam scriptus codex noster hoc quoque libello caret.

556. 24. Quæ non dici abs re.] ἀπὸ σκοπῶ. hoc requirit Græca lingua ratio, à Budeo & alijs copiosè exposita. nos habebamus ineptè ἀποσκοπῶ. Sed & Aldus veram lectionem expresserat.

557. 10. Si victoria sint potituri.] εἰ κινήσειεν. Sic etiam Aldus. nos habebamus κινήσειεν, malè traiectis literis. Notum est, multis oracula data, querentibus vtrum Olympico aut alio certamine victoriam essent adepturi. Naogeorgus legit, εἰ κινήσειεν, an sint conceptura. quæ lectio vt nihil habeat absurdum, ita vnde sumpta sit, nescio. certè cur prior ob coniecturam loco moueretur, causa fuit nulla. pluresq; aded existimo viros de victoria, quàm de fœtu concipiendo fœminas consuluisse. Idem ἐν πολέωσ paulo antè ineptè vertit, è confessu Amphictyonum, cùm fuerit vertendum, è trinitio petitum. quomodo πολαικὰ ἀ- libi etiam vsurpat Plutarchus in Pyrrho. Et in libro de facie in globo Luna, δαυμαλοποιῖ πνθ ἀποσκευῶ χ πολαικὰ κερτα- νωπισάμενοι. 781.

557. 21. Si mihi manum.] Archilochi versus accepi vt finem senarij & integrum de quo non pugno. Eorum quæ sequuntur sententia est, in eisdem particula oprandi, de non significatio- nem mutare, sed ita appositum esse, quomodo διω seorsim positum, implet locum potius, quàm significationi aliquid addit. Cuius exempla duo ponit ipse, σῶφρονθ ἄμα τέλων διω δαινόμενα. Σῶφρονθ nomen est proprium poetæ Sophronis: cuius extra Plutarchum mentio apud Stuidam, Zexas, Stobæum, & maximè apud Athenæum. Homericæ sunt Menelai ad Eu-

phorum Iliad. ζ. 29. à librario vitiatā. Interpres cum se nō expedit, vsus est hoc compendio, vt prateriret re dissimulatā. Quinq; post versib. Αλλ' ὅπ μὲν, ἔφην, non ἔφλω. nam haec Theonem loqui, non Plutarchum, constat ex sequentib. rursum post aliquot versus μόνῳ ἔχων ἔννοιαν, noster μόνον. Aldinus μόνον, sed μόνῳ requiritur.

558. 21. Quæ praterierunt.] πῶς τ' ἔοισα. non πῶς ὄτ' sed πῶς τε. Ἐ qua antè. Explicat Homeri de Calchante versum, Iliad. a. 70.

Ὅς ἦδη τὰ τ' ἔοισα, τὰ τ' ἔσόμενα, πῶς τ' ἔοισα.

559. 9. Quippe qui statuamus. E. i.] ἡγμέμενος Δέ. Aldus ἡγμέμενος ὡς ἦ. noster ἡγμέμενος δὲ ὡς. Sed nostra lectio plana est, Ἐ vñā emendauit ex Aldina litterā. Sed Ἐ in sequentibus ποιεῖ, ἀρχὴ, ποιῆσαι lego, pro ποιεῖν, ἀρχῶ, ποιῆσαι. qua mutatio est Grammatica. scribo Ἐ ἐπωνόμασαι pro ἀπωνόμασαι, vocabulo insolente. Talia sunt etiam ἐπὶ προ βεῖ, Ἐ ἄγονῳ pro ἀπόγονῳ restitūda. qua quidem vox ipsi sensui repugnat. nā par ἄγονῳ ἐτέρεσ dicitur, quatenus cum pari compositus impari procreare nequit. imparium autem duorum ἀπόγονῳ ἔσσε par omnino solet: nascitur enim duobus cōpositis imparibus, in quibus τὸ γόνιμον eo nomine inest.

562. 3. Ego prateriens.] παρελθὼν. Hoc requirit sensus, respuit παρελθὼν, quod sefellit interpretem. Caterum Platonis sententia hic mutilata refertur de quinq; mundis: de qua satis prolixè disputatum est in libro de defectu oraculorum, inde repetet lector. sed Ἐ superiora de Baccho Ἐ Apolline vitiatā sunt. Mox κόσμον καὶ.] Scribendum κόσμων.

563. 4. Tactuiq; renitentem.] παραχρῆν διτλὸν ὄγκον ἢ ἀπίπτουπον. nescio quid sibi velit hic διτλὸς ὄγκῳ, ac superiore versu ὅπ μὴ δεῦρο. illud μὴ ociosum, aut vitiosū iudico. Ἐ mox pro τὸ ἀψυχον, credo τὸ ἔμψυχον scribendum: Ἐ paucis post versibus, ἐξικωμέτην Gracum non videtur, fortè ἐξικωμένην. nā ἔχοντες τῷ ἀελθῶν pro ἔχοντες scribendum fuisse liquet.

564. 5. Cum

564. 5. Cùm comperisset.] Πυθόμεν & φησι. Locus hic mihi admodum est suspectus. Sententia quidem hæc est, Platonem cum in Sophista, tum in Philebo ita de quinq; rerum principijs disputasse, ut à se eam rationem excogitatam velleri videri. Idem autem ei quod Anaxagora euenisse. Nam ut is deprehensus est vetustam de Luna illuminatione rationem sibi falsò arrogasse: ita multo ante Platonem tempore quendam perspexit a quinque principiorum ratione. E apud Delphos consecrasset. Is hic vocatur (si rectè tamen legitur, quod non credo.) Πυθόμεν & proprio nomine. pro φησι, aut φησι, aut φημι apparet legendum. Sed δὸ ε̄ falsum est. & vnicum fuit ligneum, de quo disputatur, ut ex hoc ipso libro patuit. forte διὰ τὸ τοῦδε. Et pro ὅτι τῶτοις ἐφην, legendum ἐφω, vel sequentia docebunt. quæ de sortitione dicuntur, confusa sunt, vtcunque sensu se prodente.

565. 10. Perpeffionibus & mutationibus obnoxia.] παθητῶν ἢ μετακλητῶν. sic omninò legendum est. Legebatur παθημάτων μετακλήτων, perperam. Itaque ex Eusebio corriges, atque omiffa repones. is enim lib. XI. περὶ παρ. totum hunc locum ex professo ad verbum refert. Paulo supra τὸ τῷ ἐν περὶ σαζόρδσιν. Euseb. τῷ ᾱ. Μὴδέποτε λέγειν.] & in Aldino, & apud Euseb. λέγειν rectè est, non λέγειν, quod librarius submittens, vitium loco obtulit. Talia multa inuenias in libris recentibus, deprauatis, & quasi deficiente industria degenerantibus à bonis exemplaribus. ἵσαδου quoque repono pro ἡτῆσδου ex Eusebio. Sed & alia quadam inde transtulimus, mirificè deprauata, & in quibus olim emendandis quanquam cōiecturis verum pænè eramus assecuti, tamen codici Eusebiano maluimus omnia accepta ferre. quippe hoc tutius.

566. 15. Priùs elanguescentibus radiis.] Scribendum ὁππες αἰγὴ βυλομένοισι. legebatur ἀρχμὴ quod in ἀρχμῶ cuspide mutàrat Naogeorgus, & in securim Ferronus interpret, & ridiculam fecerant sententiam, atque hunc miror Eusebii

sebij locum, quem citat, non contulisse cum codice Plutarchiano. Sensus verus ita habet: Sicut (inquit) nimis remotam rem inspicientibus necesse est prius visus radios evanescere, quam rem perfecte videant: ita in ipsa temporis consideratione eius noticia nos effugit, reliqua etiam monstrose erant corrupta.

567. 2. Extratempla degentes.] ἔξω διατέλειαι, nimirum extra templa domi sua priuatim degentes. legebatur in Aldino ἔξωδιατέλειαι, itaq; illa multa mendorum millia fuisse corrector, vt hoc praterierit. quod interpretes in iocularium vt incidere errore fecit. Vertit enim exodia terentes alter: alter, exitum sibi procurantes verè decepti à se aut librario fallacia compositionis ac diuisionis. Tertia sursum linea Ἰνὶ⊕ scribendum pro Ἰνὶ⊕, quod nihil est. Sagittarium, hoc est Apollinem, Ἰνὶον vocari, vel ex Suida collectaneis disci potuit. vide Eusebium in Iliad. o. ad versum 365.

Ὡς ἴα τὸ ἦν ποίεσι πολλῶν χαμαίων ἃ οἶζω.

Notum est Ἰ⊕, in, &c. solum significare: neque nostrum est id huc coactis exemplis docere. Locus Homeri est Iliad. d. 141. de sauciato in confusione foederis Menelao.

Ὡς δ' ὅτε πῖς ἐλέθαντα γυνὴ φοίνικα μυιών.

566. 15. Rursumque seipsum dissipet.] ἄμα πᾶσιν. verba hac non coherent, neq; mendo carent. Refutat autem ea, quae supra disputabatur de Apollinis in ignem, & alias res mutationibus fatalibus, ob quas etiam Dionysus diceretur. pro χατατένοιας εἶσι, ἃ legerim libenter ἃ χατατένοιν⊕ εἶσι. ταύτη πειρὶ τὰ ὄλα.] Sic legendum, non ταύτω. Sed & σωπιδεμένη & διαχομένη non sunt recti, verum tertij casus. Sub finem φωνῶ ἐφινεπθίσιν] confusa hac sunt, & (vt puta) manca.

AB AVTORE ADIECTA.

Fol. 701. Versu 27. Versus non sunt integri. mox Apollini irasci.] lego ὀπλήψαι δὲ τῷ Ἀπόλλωνι χαλεπῶ. Versus autem sunt